

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fides siue fidelitas ad  
cum fonte primo

Vtinam attenderent Iudei, utinam aduerterent pagani,  
cum quanta consciencie securitate pro hac  
parte ad diuinum iudicium poterimus accedere.  
Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus:  
Domine, si error est, a te ipso decepti sumus.  
Nam ista tantis signis et prodigiis confirmata sunt,  
et talibus que non nisi per te fieri possunt,  
et certe a summe sanctitatis uiris sunt nobis tradita,  
cum summa et autentica attestacione probata,  
te ipso cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis?

Ricardus libro I. de trinitate.

Utinam attenderent Iudaei, utinam animadverterent pagani,  
cum quanta conscientie securitate pro hac parte  
ad diuinum iudicium poterimus accedere!  
Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus:  
«Domine, si error est, a teipso decepti sumus;  
nam ista in nobis tantis signis et prodigiis confirmata sunt,  
et talibus que nonnisi per te fieri possunt.  
Certe a summe sanctitatis uiris sunt nobis tradita,  
et cum summa et autentica attestacione probata,  
teipso cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis»  
(Mc. 16:20)?

Ricardus de sancto Victore, *De trinitate*, 1.2 (J. Ribailier ed.,  
p.88, ll.13-21).